



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 68. Cardinalis Polus in Cantuariensem Archiepiscopum electus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](#)

cum duabus suis filiabus, quarum una **Sæcul. XVI.**  
 erat nupta, atque gravida, quæ ex flam- **A.C 1556.**  
 marum vi fœtum enixa est, quo conspe-  
 cto adstantium quidam ceteris huma-  
 nior prolem de flammis extraxit: verum  
 post levem deliberationem a carnifici-  
 bus innoxia proles rufus in ignem in-  
 jecta est. Hoc facinus adeo horrendum  
 videbatur, ut regnante Elisabetha in  
 Garnsejensem Decanum, novemque a-  
 lios hujus sævitiae conscos inquirere-  
 tur, quamvis Regina illis omnibus ple-  
 nam delicti veniam per Regias literas  
 concessisset, eoquod ejusmodi facinus,  
 licet omnino barbarum videretur, ad-  
 hac tamen tolerari posset, ut senten-  
 tiæ latæ executio integre adimplere-  
 tur (\*).

### §. LXVIII.

#### *Cardinalis Polus in Cantuariensem Archiepiscopum electus.*

Eadem, qua Cranmerus obiit, die Po- **Act. publ.**  
 lus Cardinalis in Cantuariensem Ar- **Angl. tom.**  
 chiepiscopum inaugurabatur, assistenti- **XV. p. 432.**  
 bus Eboracensi Archiepiscopo, Londi- **Burnet. to. 2.**  
 nensi, **l. 2. p. 509.**  
**Ciacon. in**  
**vita Poli**

(\*) Cum hæc Historia non alium habeat te- **tom. 3. p. 635.**  
 stem, quam Burnetum suspectæ fidei Scripto-  
 rem, merito inter fabulas in Catholicorum o-  
 dium confictas recensetur.

**Sæc. XVI.** nensi, Heliensi, Vigorniensi, Lincolnien-  
**A.C. 1556.** si, Rossano, & Asaphiensi Episcopis: qua-

propter perperam hic Cardinalis insi-  
mulabatur, quod hunc Archiepiscopa-  
tum aucupandi studio abreptus Cran-  
meri mortem accelerarit; quippe inter  
Reginæ sententiam, & ejus executio-  
nem integer ferme Mensis intercesserat,  
aliunde vero ad possidendum hunc Ar-  
chiepiscopatum Polo haud conferebat  
Cranmeri fatum, cum jamjam ante il-  
lius condemnationem hæc dignitas va-  
caret, Polusque re ipsa jam esset Can-  
tuariensis Archiepiscopus, priusquam e-  
nim Cranmerus obierat, ejus electio  
jam antea in Anglia fuit peracta, & a  
Pontifice confirmata, ut luculenter pa-  
tet ex diplomate die vigesima prima  
Martii edito, quo cautum, ut Archiepi-  
scopatus redditus Polo redderentur. Por-  
ro die vigesima octava ejusdem Mensis  
Archiepiscopus per Londinenis urbis  
plateas equitans ad Ecclesiam, quæ ab  
Arcu nomen habet, processit, ibique a  
Vigorniensi, & Heliensi Episcopis *Pal-  
lium* recepit, mox vero re divina per Vi-  
gornensem Præfulem peracta Polus  
conscenso suggestu sermonem ad popu-  
lum dixit.

§. LXIX.

